

Sibthorp, John ; Smith, James Edward [Editor]: Flora Graeca, sive plantarum rariorum historia, quas in provinciis aut insulis Graecis legit, investigavit et depingi curavit John Sibthorp: hic illic etiam insertae sunt pauculae species quas vir idem clarissimus, Graeciam versus navigans, in itinere, praesertim apud Italiam et Siciliam, invenit (Voluminis septimi - Fasciculus secundus): Vol. VII.

London, 1830

Seite 129

DIADELPHIA DECANDRIA.

83

L. amphicarpos. *Linn. Sp. Pl.* 1029. *Willden. Sp. Pl.* v. 3. 1078. *DeCand. Prodr.* v. 2. 373.
L. ἀμφικάρπος, seu supra infraque terram siliquas gerens, nobis. *Moris. Hist.* v. 2. 51.
sect. 2. t. 23. f. 1.

In Rhodo et Cypro insulis. ☉.

Radix annua, perpendicularis, parùm ramosa. *Caules* diffusi, palmares, angulati, pilosi. *Folia* parva, unijuga, pilosa; *foliolis* inferioribus ovatis acutis, superioribus linearibus acutis. *Petiolis* alatis, *stipulis* semisagittatis acutis breviores. *Pedunculi* uniflori, medio bracteolati, foliis breviores. *Calyx* subcampanulatus, 5-fidus, vix 2-labiatus, levitèr pubescens. *Corolla* vexillo retuso alisque lateritiis, carinà minore flavà. *Legumen* oblongum, pallidè testaceum, pilosum, dorso alatum, saepiùs monospermum, stylo reflexo mucronatum.

a. Calyx, cum staminibus.
d. Carina.

b. Vexillum.
e. Pistillum.

c. Ala.
f. Legumen.

TABULA 694.

LATHYRUS CICERA.

LATHYRUS glaber, caulibus diffusis alatis, foliolis conjugatis linearibus acuminatis cirrhosis, stipulis semisagittatis subdentatis petiolo longioribus, pedunculis unifloris foliis brevioribus, leguminibus oblongis glabris 3—4-spermis dorso canaliculatis.

L. Cicera. *Linn. Sp. Pl.* 1030. *Willden. Sp. Pl.* v. 3. 1079. *DeCand. Prodr.* v. 2. 373.
L. sativus, flore purpureo. *Tourn. Inst.* 395.

In Asià minore. ☉.

Radix annua. *Caules* diffusi, alati, sesquipedales, glabri, ramosi. *Folia* conjugata; *foliolis* linearibus, acuminatis, elongatis, glabris, *cirrho* tripartito ipsis brevioribus. *Stipulae* acuminatae, semisagittatae, basi denticulatae, petiolo breviores. *Pedunculi* axillares, solitarii, foliis breviores, bracteolà minimà subulatà versus apicem. *Calyx* 5-fidus; laciniis subulatis foliaceis. *Corolla* purpureo-lateritia; *vexillo* obcordato, *carinà* pallidioribus. *Legumen* (immaturum) compressum, dorso canaliculatum, 3—4-spermum.

a. Calyx, cum carinà.

b. Vexillum.

c. Ala.

VOL. VII.

z